

cap. 5. ad secundum: eandem veram sententiam probat Enriquez lib. 11. de matrim. c. 2. num. 1. & in commento litera F. dicit oppositam sententiam esse falsam, Petrus de Ledesma. cum alijs, quos refert de matrimonio questione 22. articulo 2. folio 69. & Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputatione 7. num. 2. Unde non sunt audiendi Petrus Soto de matrimonio, lectione 2. § de institutione. Alphonsus Castro lib. 11. contra Hereses verbo nuptia. Haresi 3. Cathar. lib. 5. contra Caeter. titulo de matrim. quasi 3. & similes tenentes contrarium, large tamen, & improprie fuisse sacramentum fatentur Enriquez, & Sanchez ubi supra.

In lege autem noua proculdubio matrimonium fidelium est vere, & proprie sacramentum gratiam conferens: & quamvis olim hæc conclusio non erat vique adeo liquida, quia licet ex fide esset matrimonium esse sacramentum, non tamen erat de fide gratiam conferre vique ad Concilium Florentinum: post Florentinum autem res erat certa, non tamen de fide, vt contendit Soto in 4. distinctione 26. questione 2. art. 3. sed post Concilium Tridentinum iam hoc est de fide, vt constat ex sessione 7. canon 7. & 8. & sessione 24. canone 1. ex quibus hoc docet Victoria in summa de matrimonio num. 243. & latissime comprobatur ex Sacra scriptura locis, Patrum testimonij, & rationibus Bellarmin. lib. 1. de matrim. ca. cū duobus sequentibus Tomas Sanchez d. lib. 2. disputatione 10. num. 2. vbi num. 6. agit, an fideles contrahentes matrimonium possint ab eo ex intentione separationem sacramenti: si intendant verum matrimonium, ita tamen, vt matrimonium sacramentum non sit?

In hoc autem sacramento matrimonij actus contrahentium sunt sacramentum tantum: effectus sacramenti est res tantum: vinculum verò, quo coniuges perseverant: dicitur res, & sacramentum secundum D. Tho. in quarto. distinctione 26. questione 2. articulo 1. ad quintum communiter receptum: gratia autem sacramentalis matrimonij habet duplicem effectum, vnus est, reprimere concupiscentiam: alter vero efficere, vt coniuges fideliter sibi assistant, operas suas communicet, ac prolem religiose educat, vt cum Ricard. & alijs resoluit Sanchez, d. disputatione 10. numero 4. qui num. 5. recte probat sacramentum matrimonij esse vnicum, non vero duo sacramenta prout alij voluerunt.

Matrimonium autem infidelium post legem nouam non est sacramentum, quia cum Baptismus sit ianua sacramentorum, vt definit Concilium Florentinum in decreto de sacramento Baptismi. infideles incapaces sacramentorum sunt: & quamvis in cap. gaudemus de divor. appellatur sacramentum, id tamen est large, & improprie in quantum aliquo modo designat vniorem Christianam Ecclesiam, licet improprie, quia fide earent, ita Abulensi, primo Regum ca. 8. questione 22. & sequenti, Soto in quarto distinctione 26. questione 2. articulo 3. ad quartum, Alphonsus à Veracrucis in tertia parte Specul. conu. articulo 35. Bartholom. à Ledesma. de matrim. dubio 2. in fine, Petrus de Ledesma de matrimonio questione 27. articulo 2. dubio primo, Thomas Sanchez lib. secundus de matrimonio disputatione 8. numero primo, vbi numero secundo idem probat cum alijs in matrimonio eodratu ex Pontificia dispensatione inter fidelem, & catholicam, vt ex parte neutrius sit sacramentum contra Sotum & Elehum. tenentium esse sacramentum ex parte solius fidelis. nam cum matrimonium in vitroque coniuge sit vnum numero sacramentum. sic est vnu numero matrimonium, si in vno non est sacramentum, nec erit in altero.

Sed an matrimonium infidelium dum ambo postea baptizantur, efficiatur sacramentum, gratiam

que eis conferat. non satis constat inter Auctores hac de re agentes. Quidam enim partem negatiuam probant, & tenent, alij vero affirmatiuam eotamen moderamine, vt non statim ac baptizant, sed eum habent nouum consensum aut antiquum verbis aut nuptibus, vel copula maritali approbant, & hanc tenent plures Auctores, estque valde probabilis sententia: sed verior, & probabilior est, quam plures etiam sequuntur: quod matrimonium infidelium statim ac baptizantur, efficitur sacramentum, & gratiam confert, nec desideratur ad hoc aliquis nouus consensus: ita late probat, & resoluit citans Auctores vtriusque sententiz Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 9. per totum.

Illud denique in proposito obseruandum est, quod cum apud infideles matrimonium legitime contrahatur, & validum sit, vt constat ex prima ad Corinth. 7. & definitur in c. gaudemus de diuor. & in ca. infidelibus de consanguini. & affini. dum ad fidem conuertuntur opus non est, vt iterum coram parochio & testibus contrahant formam nempe hanc Concilium Tridentinum præscripsit pro nuptijs inter fideles denuo contractis: infideles autem, fideles facti, non denuo contrahunt, sed in legitimo matrimonio prius inito perseverant: ita Nauarr. in prioris editionis lib. 1. consil. 35. de pati. consil. 4. in fine, & in secunda editione lib. 3. titulo de conuers. infidel. consil. 2. in fine. Manuel Rodrig. 1. tom. sue summa in secunda editione cap. 230. numero 1. Vega lib. 4. summa casu 113. & 379. quos sequitur Thom. Sanchez ubi supra d. disputatione noua, num. primo vbi num. nono, cum alijs Aucthoribus tenet optime facere hoc nouos fideles. si benedictiones Ecclesie vulgo. velationes, post baptismum recipiant, licet minime ad illastringantur.

CAPITVLVM XLIII.

De matrimonio per procuratorem, nuncium, vel per epistolam contracto super cap. si de procurat. lib. 6.

S V M M A R I V M.

- 1. Matrimonium contrahi potest per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, & numeris sequentibus per totum caput, vbi eius requisita enunciantur.
- 2. Matrimonium contrahi etiam potest per epistolam.
- 3. Procurator ad contrahendum matrimonium cum certa quadam femina. non potest alium in suo locum substituere, nisi hoc sibi concedatur specialiter à domino.
- 4. Mandati ad contrahendum matrimonium renouatio annullat ipsura matrimonium post eam celebratum, etiam ignorata renouatione sicut in alijs actibus, vt in num. 6.
- 5. Contractus alij quam matrimonij gestis per nuncium, vel per epistolam, si ante presentationem mixentem paniteat, nulla inuentione facta alteri pariti an sint nulli?
- 6. Matrimonium, quare per procuratorem celebrari possit non vero cetera sacramenta.
- 7. Mandatum ad matrimonium contrahendum, renouari potest, etiam si fuerit iuratum.
- 8. Matrimonium contractum per procuratorem, vel per literas, an conferat gratiam?
- 9. Cap. si de procurat. lib. 6. non est correctum per Concilium Tridentinum, dummodo seruetur in eo forma eiusdem Concilij, & numeris sequentibus.

- 1. Mandatum contrahere matrimonium cum certa quadam persona, si interim non consensus, nec dissentiat, sed si in alio occupato, validum erit matrimonium postea celebratum.
- 2. Matrimonium contractum virtute mandati ad id sufficientem concessi, si tempore contractus matrimonij adsint verus consensus domini, valet, licet tempore mandati præstitisse consensisset.
- 3. Mandatum ad contrahendum matrimonium potest præstari absque scriptura.
- 4. Femina potest consensus procuratrix ad contrahendum matrimonium pro alia persona simul, cum viro, vel duo viros, vel dua femina.
- 5. Procurator datus ad contrahendum matrimonium, quibus verbis uti debet, cum illud contrahat.
- 6. Procurator consensus ad contrahendum matrimonium non debet excedere fines mandati, alioquin matrimonium erit nullum, vt in exemplis hic positis.
- 7. Matrimonium celebratum virtute mandati, vel dispensationis Apostolicae absque monitionibus præmissis, an sit validum? & num. 21.
- 8. Matrimonium contractum per procuratorem bene potest postea per eorum alterum, imo benefactorem, si hoc obseruent ad vitandam scripturam.
- 9. Matrimonium, quando fit per procuratorem, quis sit minister, materia, & forma?
- 10. Mandatum ad contrahendum matrimonium an taceat renouari postea nec ne? & quibus modis? & numeris sequentibus usque ad finem capitis.
- 11. Protestatio vnus ad contrahendum matrimonium facta non valet in præiudicium alterius absque eius consensu.
- 12. Renouatio procuratoris taceat ad hoc, vt sit sufficiens, quomodo debet apparere ad hoc, vt sit valida?
- 13. Vbi in aliquo disponit, debet euidentissime de contraria voluntate constare, vt à iure communi recedamus, vt in exemplis hic positis.
- 14. Mandatum ad contrahendum matrimonium tacite renouatur & quibus actibus id fiat, & in numeris sequentibus.
- 15. Retio generalis legis dispositio in casu speciali, extenditur ad omnes casus, in quibus ratio debita potest applicari.
- 16. Correctio l. antiquæ non est inducenda in dubio, nisi ratio expressa in lege noua apta sit ad corrigendam legem antiquam.
- 17. Verba dispositiua legis, vbi proprie non decidunt casum certum, seratio dispositionis illum decidunt, ille casus dicitur proprie esse in dispositione.
- 18. Non refert, quid ex æquipollentibus fiat.
- 19. Æquipollentium eadem est disciplina, ibidem, d. num. 33.
- 20. Matrimonium, aut sponsalia non debent iudicari, quando constat de animo contrahentium, aut alterius eorum, quod non habuerint animum contrahendi, sed extorquendi copulam.
- 21. Cap. tua noi. de sponsalib. in l. l. num. 34. & 35.
- 22. Matrimonium non est iudicandum in foro iudiciali, si qui ex consensu summe protestetur, se nullo consensu præstare per quancunque verba ab ipsa die profert, & c. vt licet.
- 23. Matrimonium in neutro foro est, illud de facto contractum, in quo constat de consensu per euidentia signa exteriora, alijque legitimum argumentum, vel testibus.
- 24. Matrimonium contrahens per verba de presenti, sed animo fido, si postea vero animo contraxerit cum secunda validum est matrimonium secundum, & quid in foro exteriori Ecclesie? num. 39.
- 25. Idem si præd. mandatum dedit sine inuentione vlla contrahendi, vt in num. 40.
- 26. Vetare ne procurator contrahat matrimonium, ha-

bet vim reuocacionis,

- 42. L. final. ff. de repudiis intellectus.
- 43. Respondetur fundamentum contrarie.

Materia hæc vtilissima, & in praxi frequentissima est, & in ea tres articuli praxi discutendi.

Primus est, an matrimonium per procuratorem olim posset, & hodie post Concil. Trid. contrahi valeat, & de hoc agemus in hoc cap.

Secundus est, an mandatum ad contrahendum matrimonium possit tacite sicut expresse reuocari, & quomodo? de quo in cap. sequenti.

Tertius est, an in casu in facti contingencia occurrenti inter duos magnates fuerit sufficienter tacite, vel expresse tempore debito reuocatum mandatum ad matrimonium contrahendum cum essum ex discessu postea subsequuto, ita vt matrimonium virtute præfati mandati, totenniter contractum sit nullum, & secundum matrimonium ab eodem mandante postea per aliter contractum, cum alia validum, vel è contra? & hoc aliud cap. latius occupabit.

Quantum ad primum articulum: cosa antiqua est in el mundo hazerse casamientos por interuencio, y procurador entre absentes: como selee en el cap. 24. del Genesio, adonde se ofortue, que el Patriarca Abraham siendo ya viejo de muchos dias, auiendo muerta Sara su muger, y camplido con su en tierra, quiso dar esposa a su hijo Isaac, y para esto llamo a vn criado suyo de confianza, que se llamaua Eliezer, y mandole que fuesse a Mesopotamia, y que de alli traxesse esposa, y muger para Isaac su hijo: El criado auisi lozo, escogiendo para ello a Rebecca hija de Banuel hijo de Melcha, y de Nachor, hermano de Abraham dandola arras, y presas, y concertando, y haziendo con sus padres el dicho de posorio y casamiento, con voluntad y consentimiento de ella. Tellos se la entregaron, para que la lleuasse por esposa de su fennor Isaac, y por tal la recibio el: Ansi lo notan los Doctores por aquel texto de la Sagrada Escritura. Vt ex hõllris profitentur Victoria in summa de matrimonio n. 246. & Syluest. in summa verb. matrimonium 5. num. 9. vtros, nempe, quod matrimonium fuit contractum per internuncium, & procuratorem inter Isaac, & Rebecca absentes.

En este desposorio (segun dice Sanct. Antonino en su Historia, parte lib. 1. cap. 1. §. 8.) se figuro el del Hijo de Dios con la naturaleza humana; en qual oyo embaxada del Parantimpo San. Gabriel, embiado del Padre Eterno a una donzella: como lo fue Eliezer de Abraham a Rebecca: la sagrada Virgen dio el consentimiento de auer tenido vn alto, y maravilloso colloquio con vn Angel, y luego fue vnida con Dios la naturaleza humana: la Gentilidad assi mismo figurada en Rebecca vno a Christo hecha su esposa por la Fe.

El derecho Canonico tambien permite se pueda contraher matrimonio por procurador è interuencio, vt in cap. ex parte, el segundo. 12. in ordin. de conuers. conug. ibi, quidam nobilis proponebat, se prius mulierem ipsam mediantibus internuncijs per verba de presenti, arra etiam interposita desponsasse: adonde la glosa, ver. interuencio, dice: nota, quod matrimonium potest contrahi per nuncios inter absentes, vt hic videtur, y allega otras textos para ello, & etiam per interpres contracti potest. glosa communiter approbata in cap. de literis in principio, verb. intellectus, de sponsal. teste D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte, cap. 4. §. 1. num. 32. & probat late cum alijs nouissime Thomas Sanch. lib. 3. de matrim. disputatione 39. num. 3.

Et per Epistolam, iuxta glosam in c. nec illud, verb. vxor 39. questione 3. Felin. in cap. ex parte numero 16. de rescript. Scotus in quarto, distinctione 27. questione 2. in fin. & ibi Dominicus à Soto questione 1. articulo 3. ver. f.

si vero: quamvis Couar, plures referens in quarto de sponſal. ſecunda parte, cap. 4, in princip. numero 11. in ſin. Didac. Perez. in l. 1. titulo 3. lib. 3. Ordinan fol. 2. in verſic. quid autem ſit in matrimonio, & Thomas Sanchez ubi ſupra, lib. 2. diſput. 12. num. 11.

3. Item el texto capital, y decyſion expreſſa y formal, que en Derecho Canonico ay para que el matrimonio ſe pueda contraher por procurador, es el cap. ſin. de procurat. lib. 6. que decide, y determina tres coſas, y conculſiones claras, y abſeruantemente.

La primera es, que el procurador para contraher matrimonio no es idoneo de otra manera, ſino es teniendo eſpecial poder para ello que ſe entienda ſeñalando la perſona con quien ſe ha de contraher el matrimonio y dandole poder eſpecial para ello, iuxta tex. in l. generalis 32. ff. de ritu nupt. & gloſſ. in d. cap. ſin. verbo ſpecialiter communiter approbata ſecundum Couar ubi ſupra d. cap. 4. in principio numero 8. & plurimos referentem Thom. Sanchez. d. lib. 2. diſputacione 11. num. 4. ubi quod ſufficeret, quamvis in mandato non exprimeretur perſona ſi oretus, vel per literas exprimeretur, non enim ſatis eſt mandatum generale ad omnia negotia expreſſis aliquibus exigentibus ſpecialiter mandatum, ſed debet eſſe nominatum ad matrimonium contrahendum cum certa perſona: licet enim, quando exprimuntur aliqui caſus ſpecialiter mandatum perentes, clauſula generalis ſubſequentis extendatur ad alios caſus non expreſſos exigentes ſimiliter ſpecialiter mandatum iuxta tex. in cap. qui ad agendum de procurat. lib. 6. non tamen extenditur ad matrimonium, quia illud intelligitur de caſibus, qui expreſſis ſimiles ſunt non autem de longe maioribus. ut eſt matrimonium per tex. in Clementina, non poteſt de procurat. ita gloſſ. in d. c. qui ad agendum. verb. non expreſſo. & ibi communiter DD. in d. cap. ſin. verb. ſpecialiter, & alij plures Authores, quos referet, & ſequitur Thom. Sanch. d. lib. 2. diſputacione 11. numero 3. ubi quod ſimiliter etiam ad contrahenda ſponſalia requiritur mandatum ſpecialiter, ſecundum Dominic. in d. cap. ſin. in principio numero 2. de procurat. in 6.

Deſta tercera conculſion. ya vemos la diferencia que ay del poder que ſe requiere para celebrar matrimonio entre aſentes a lo que ſuccede en el deſpoſorio de Isaac y Rebecca. porque entonce no fue menester ſeñalar al internuncio la perſona de la deſpoſada ſuſur a por eſtar aqueſto ordenado por diſpoſicion Divina, ahora la Iglesia Catholica por evitar fraudes. y por otros juſtos reſpectos. tiene ordenado lo que aſentes viſto en eſta primera conculſion del dicho cap. ſin.

4. La ſegunda conculſion es, que eſte tal procurador no puede ſubſtituir. ni nombrar otro en ſu lugar, por el gran peligro que de dicho tan arduo podria reſultar. excepto ſi eſpecialmente le fueſſe tambien comiſſo eſto, & idem eſt in hoc in procuratore dato ad contrahenda ſponſalia, ut conſtat eadem ratione, & docet Cuch. lib. 3. inſtit. maior. tit. 10. num. 17. ſequitur Thom. Sanch. d. diſput. 11. num. 3.

5. La tercera, que ſi a eſte procurador antes que haga y celebre el contrato del matrimonio en nombre de ſu parte lo fuere revocado el poder por el ſenior que ſe le dio, y contraxere deſpues el matrimonio, ſera de ningun momento el tal matrimonio, aunque el procurador, y ella con quien contraxa, queſſen ignorado totalmente la dicha revocacion; y eſto porque falta el conſentimiento del, ſin el qual no puede tener firmeza el matrimonio.

6. Unde ſpecialiter eſt hoc in matrimonio contra iuris regulam in aliis actibus, requirerem procuratorem conſtitutum ad negotia, certiore facienda eſſe de revocacione. ut ea proſit, Clementina vnic. de renunciat. cap. ex parte de verſcrip. d. ſi manduſſe ff. mandat. l. 1. § ſin. ff. de contrab. emptio. l. 1. ff. quod uſſu. 3. cuius ratio eſt, quia in ceteris contractibus poteſt ius ſupplet eonſenſum contrahentium, illiſque re-

nitentibus dominium transferre. in matrimonio autem minime hoc poteſt, hoc namque eſt ſpecialiter in matrimonio, ut docet gloſſ. in d. Clementina vnic. de renunciat. verb. ignorantem. & verb. cedendum, & ibi DD. gloſſ. etiam in d. cap. ſin. verbo ignoraret. & ibi communiter DD. gloſſ. in cap. nec illud, verbo vxor 30. quaſtiones, ſequitur plures Canonistas, & Theologos referens hoc tenentes Thom. Sanch. in d. diſputacione 11. numero 6.

Quod ſi alius contractus fiat per nuncium, vel per epistolam, tunc ſi ante preſentationem peniteat mitentem, licet renocatio non intimetur nuncio, vel epistolam recipienti, obligatio impeditur. l. ſi pater ff. de manum. vindict. in princip. ubi gloſſ. verbo non ſuit: Ioan. Andr. in cap. ſin. num. 1. de procur. in 6. & ibi Dominicus in § ſane numero 2. Anchar. numero 1. verſic. ſed hic quero. Francus numero 7. Sanchez ubi ſupra numero etiam 7. ubi aſſignat rationem differentie dicens hæc vera eſſe, quamvis gloſſ. in d. l. 1. in ſin. ff. de contrab. empti. neget diſcrimen, aſſertque in vtroque euentu revocacionis notitiam deſiderari, nempe in aliis contractibus geſtis per procuratorem, & per nuncium, vel per epistolam. Ego vero hoc vltimum verius eſſe credo, excepta cauſa matrimonij. Remanet igitur ex ſupra dictis ſatis iure probatum, matrimonium contractum per procuratorem validum eſſe ante Concilium Trident. & probatur etiam in cap. honorantur 32. quaſtione 2. & l. ſufficit ff. de ſponſal. § l. 5. in ſin. tit. 2. § l. 1. & l. 10. in verſ. con. el matrimonio. tit. 1. part. 4. Chriſtus namque elevans matrimonium ad eſſe ſacramenti, non immutavit contractus naturam, que eſt ut poſſit inter abſentes per procuratorem celebrari, ita Thom. Sanchez ubi ſupra num. 2. ad ſin.

Sed quare hoc in aliis ſacramentis non contingit? eam rationem adducit Robert. Bellarmin. cap. 3. de matrimo. lib. 1. in 2. tom. 3. part. 1. fol. 95. in parva, in verſic. ſi quis autem: nempe quod Deus ſacramenta vario modo inſtituit prout referant variaz, in quibus ea inſtituit: ſacramentum Baptismi in lotionem inſtituit, ideo aquam adhiberi voluit: ſacramentum Eucharistie in reſeſtione, ideo panem, & vinum elegit; ſacramentum poenitentie in forma iudiciali, ideo verbis ſententiam pronunciari mandavit: & ſic de ceteris: matrimonium autem in contractu quodam conſtituit, & ideo more contractuum ſervari voluit: in contractibus autem nihil extrinſecus applicavit, ſed ipſi contrahentes mutui conſenſus ſignificatione contractum efficiunt: hæc enim eſt natura contractus, ut ipſi ſe contrahentes ligent: nec opus habeant certa perſona, a qua ligentur, & ut cum abſentibus, & per procuratorem contractum facere, ſi velint, queant, in aliis autem ſacramentis illa locum non habent, quia repugnant eorum nature, & proprietati, neque enim ratio admittit, ut quis ſe ipſum regeneret, aut abſens laetetur, aut vniuſ laetetur pro alio, & ſic de ceteris.

Renocatio autem procuratoris effectum habet, illudque nullum redder, quamvis iuramentum de procuratore non renocando intererent, quia licet renocans efficiatur ex hoc periuirus, tenebit tamen renocatio, iuxta gloſſ. in d. cap. ſin. verb. renocato, de procurat. lib. 6. & ibi communiter DD. Felin. in cap. ex parte numero 12. de verſcrip. Sylveſt. verbo matrimonium 5. quaſtione 13. & alios allegans D. Couar. in 2. de ſponſal. 2. parte cap. 4. in princip. num. 10. in ſin. ubi quod hæc opinio quoad matrimonium ita frequenter recipitur, ut minime ſit in dubium renocanda: & illa gloſſa eſt communiter approbata, ut

ut

ut alios allegando affirmavimus in nostro tractatu de iuramento confirm. 1. parte, cap. 1. num. 80. Seraphin. de privileg. iuramenti. privileg. 73. num. 7. Alphonsi. à Veracruce in ſuo Specul. conuſa. 1. parte. articulo 16. dubio 8. Ludouic. Lopez in ſecunda parte Inſtitut. de matrimonio. cap. 47. fol. 1120. Manuel Rodriguez in 1. tom. ſue Summa in 2. editione. cap. 216. num. 8. Thom. Sanch. ubi ſupra, num. 8. ubi num. 9. quod ſimiliter valebit renocatio procuratoris mere interna, quoad forum conſcientie, licet quoad externum incumbat renocanti eam teſtibus probare, ex tex. in d. cap. ſin. ubi cum illius conſenſus defecerit. ſine quo firmitatem habere nequiverit, & ita tenet D. Thom. in 4. diſtinctione 29. in ſin. exponens Magiſtri literam, & prædicta refert Rebellus de obligat. iuſtitia, lib. 2. quaſtione 3. in princip.

10. Dubium tamen eſt maximùm inter Authores, an matrimonium contractum per procuratorem, vel per literas conferat gratiam. Durand. in 4. Sentent. diſtinct. 26. quaſtione 3. numero 11. & in quodam opusculo de matrimonio, tractatu 12. quaſtione 2. hoc negant nec non Magiſter Cano. de locis Theologalibus, cap. 6. & in reſeſtione de poenitentia, parte 5. fol. 13. & Victor. in ſua Summa, tit. de matrimo. numero 222. & 224. Frater Martin. de Ledema. in 2. tom. ſui quaſt. quaſtione 4. art. 3. quamvis dicat, quod hæc ſententia non caret aliquo ſerupulo: & Bartholomæus à Ledema. in ſuo ſummario de Sacramentis diſtinct. 18. de matrimo. ſacramento, colum. 1279. cum ſequent. & habet aliquam probabiliter eam ſot. in 4. diſtinctione 27. quaſt. 1. artic. 3. in verſic. ai vero. Petr. de Ledema. de matrimo. quaſtione 42. artic. 1. dubio 7. conculſione 1. Ludouic. Lop. in 2. parte ſue Inſtitut. de matrimo. cap. 35. fol. 1027. & huius opin. al. Author. cap. 6. fundamenta refert Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrimonio diſputacione 11. num. 26. imò alii tentare voluerunt, quod licet ante Concilium Trident. matrimonium contractum per procuratorem erat ſacramentum non tamen poſt illud Concilium, quia ſeſſione 24. cap. 1. in Decret. de reſormat. matrimo. expreſſe igitur præſentia contrahentium ad rationem matrimonij, dum dicitur, quod parochus, qui debet eſſe præſens debet interrogare virum, & ſeaminam, quibus interrogatis, & eorum conſenſu auditto dicat, ego vos in matrimonium coniungo, &c. Hoc autem abſentibus partibus fieri non poteſt: ergo, &c. Et propterea addit Concilium, qui aliter quam præſente parochus, &c. Ergo præſentia contrahentium eſt etiam neceſſaria, hocque & eodem fundamento concludunt hodie poſt Concilium Trident. in præd. cap. non ſolum matrimonium contractum per procuratorem non eſſe ſacramentum, ſed imò nec contractum, ac proinde non valere, ut latiffime nititur probare in hac ſententia permanens Bartholomæus à Ledema. ubi ſupra colum. 1286. in verſic. Tertia conculſio. cuius opin. 7. fundamenta refert Thom. Sanchez ubi ſupra num. 19.

His tamen non obſtantibus vera & communis atque tenenda proſus ſententia eſt affirmativa, nempe, quod matrimonium legitime contractum per procuratorem, non ſolum ante Concilium Trident. ſed etiam poſt illud, hodie ſit verum ſacramentum, ſicque gratiam conferat, quia Concilium Florent. & Trident. abſolute, & indilincte definiunt matrimonium fidelium in lege nova eſſe ſacramentum, neque excipiunt contractum per procuratorem, ex quo, & aliis quampluribus fundamentis reſpond. contractus hæc veram ſententiam latiffime probant, ac tenet D. Thom. in 3. parte quaſt. 42. n. 3. Dominic. à Soto in 4. diſtinct. 27. quaſt. 1. art. 3. qui licet dicat, quod ſententia contraria Caiet. habet aliquam probabiliter, poſtea ſubdit, quod habet temeri-

tatem quandam: D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. parte cap. 1. § vnic. numero 5. allegans pro ſe Caiet. lib. 5. contra Caiet. in cap. de hoc ſacramento, & late probans alios quamplures allegans Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordan. pag. 9. verſ. virum autem, & Michael Palac. Concanonicus noſter in 4. diſtinct. 26. diſputacione vnic. pag. 378. & eſt communis ſententia tam lurisperitorum, quam Theologorum, ſecundum Barthol. à Ledema ubi ſupra, licet ipſe (ut prædiximus) teneat contrariam: eandem ſententiam tenet dicens eſſe probabilior, & communior, & quod tenentes contrarium falluntur, Candelab. aureum 7. ſacram. in 11. de ſacram. matrimo. in verſic. ex qua reſeſtione infero, num. 43. pag. 411. tandem ſequi videtur Bellarm. ubi ſupra, c. 7. pag. 103. præcipue in ſubſcriptione illius c. dum inquit, omne legitimum matrimonium inter Chriſtianos contractum, eſſe ſacramentum, hæc etiam affirmatiuum ſententiam tenet, ac late probat Petrus de Ledema in addit. ad 9. partem D. Thom. q. 42. art. 1. pag. 36. verſ. ſeprima difficultas, cum ſequentibus, dicens, quod cum lequuntur communiter diſcipuli D. Thom. & eius Expoſitores, & etiam Interpretes Iuris Canonici ſuper Concil. Trident. ſeſſio 24. & quod eſt longe probabilior, & magis conformis vſui Eccleſie.

Eandem ſententiam ſequitur Henric. vocans oppoſitam fallam lib. 11. de matrimonio, cap. 2. vum. 2. Angles in Floribus Theologicarum quaſtiorum 1. parte, q. 1. de ſententia matrimon. diſt. 27. art. 2. diſſe. 4. fol. 529. Martien. in rubr. gloſſ. 1. num. 123. tit. 1. lib. 5. nou. collect. R. Navar. in c. Frater, de poenit. diſt. 5. Manuel Rodrig. in 1. tom. ſumma, in 2. edit. cap. 216. n. 1. & cap. 220. n. 3. Corduba lib. 1. quaſtior q. 25. in ſin. Vega lib. 4. ſua Summa caſu 264. & late probans, alioſque allegans, & reſpondens fundamentis contrariis Thom. Sanch. ubi ſupra num. 27. & 32. & hoc eſt tenendum, quod quid nonnullas conculſiones in hoc articulo, conſtituat Rebellus ubi ſupra.

Ex quibus eadem ratione deducitur, & firmiter tenendum eſt, quod tex. in d. cap. ſin. de procurat. lib. 6. non eſt hodie correctus per Decretum S. Concil. ſupra citatum, ſiquidem in eo non agitur de matrimonio. contrahendo inter abſentes per procuratorem, neque hoc tollitur, & ita remanet in d. cap. ſin. in ſuo vigore, & obſeruantia, & ſic eius caſus ſub diſpoſitione Iuris communis, quia quod non mutatur, quare ſane prohibetur, ut in 1. præcipimus, C. de appellat. § in l. ſanctis. C. de Teſtamentis, neque per ſubadditos intellectus correctio inducenda eſt, quamvis clauſula nihil operetur, ut docet Aymon Crauet. conſil. 339. num. 2. & nos etiam alius lib. 3. præd. q. 15. num. 31. quod etiam probatur, quia in Concil. Flor. & Trid. dicitur, quod matrimonium eſt ſacramentum, & non eſt maior ratio de vno matrimonio. quam de alio, ſiquidem ſunt eiusdem nature, & ſpeciei: ergo ſi vnum eſt ſacramentum, & alterum huiusmodi eſſe debet: nec obſtant verba Concil. Trident. ſupra in contrarium expenſa, atque induſta de præſentia contrahentium, & de interrogacionibus eis faciendis per parochum, quoniam hæc non ſolum poſſunt fieri perſonaliter, ſed etiam per procuratorem, habentem ad id ſpecialiter mandatum, ſiquidem Concilium nuncupatum non requirit præſentiam perſonalem contrahentium, & pars per huiusmodi procuratorem præſens eſſe dicitur, & reſpondere. quia qui per alium facit, per ſe facere videtur, ut in regula iur. Denique Concil. in verſicula, qui aliter, quam præſente parochus, &c. quamvis loquatur de præſentia parochi, & teſtium, non idem repetit de præſentia perſonalis contrahentium: & adiciendum, qui, licet referat ſubſtantive partes, non tamen præſentiam perſonalem requirit earundem.

sed tantum precipit, vt partes non aliter contrahant matrimonium, quam presente parcho, & testibus, &c. Sed procurator habens a domino speciale mandatum ad contrahendum matrimonium cum aliqua certa femina est pars legitima nomine domini sui eum constituentis, vt in d. cap. fin. omnia enim nostra facimus, quibus autoritate nostra impartitur, vt in regula, qui per alium de reg. iur. in 6. eam siml. ergo matrimonium etiam hodie attento Decreto Concil. Trident. potest contrahi per procuratorem habentem ad id speciale mandatum, seruata in reliquo forma Concil. Trident. siquidem ipsum Concilium expresse, nec tacite, precise, nec in individuo precipit contrarium: quo fit vt opinio contraria Fratris Barthol. de Ledelma supra relata sit omnino falsa, & non tenenda, & ita rectius, quod huc tenemus. voluit Didac Perez vbi supra, pag. 2. versic. quid autem, quandoquidem author hic post Concil. scripsit, & illud refert in aliis articulis, & nihilominus probat matrimonium posse contrahi per procuratorem, & expresse hoc docet Candelab. auctorem septem sacramentorum. titulo de Sacramento matrimonij, numero 47. dicens, quod licet olim per procuratorem posset celebrari matrimonium hodie tamen minime post Concilium Tridentinum sessio 24. de reformat. matrim. cap. 1. nisi concurrat parochus, vel alius sacerdos de eius, vel Episcopi licentia, & duo, vel tres testes, in quorum presentia contrahentes perse, vel per procuratorem presentent requisitum consensum. Hanc eandem sententiam tanquam indubiam contra priorem probat Petrus de Ledelma vbi supra, dicens, quod etiam post Concilium Tridentinum conficiuntur vera matrimonia per procuratores, & omnes existimant, quod illa matrimonia sunt valida, & hoc patet ex vlt. Ecclesie: eandem sententiam latissime comprobat respondens fundamentis contrariis, & plures alios Authores allegans Thomas Sanchez, d. lib. 2. disputatione 11. numero 20. per totum & numero 21. inter quos citat Nauar. in pluribus locis, & Matienç vbi supra, numero 32. Antonium Cuchum lib. 3. institutio. maior. titulo 11. numero 35. Flam. Parril. lib. 10. de resignatione benefic. questione 6. numero 11. Veracruce, in appendice ad Speculum coniug. dubio 3. in fin. Bellarmino, lib. 1. de matrimonio, cap. 3. versiculo atque hinc etiam, Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 2. numero 2. qui in Commento litera B. dicit oppositum esse errorem, Manuel Rodrig. in primo tom. sue Summe. in secunda editione cap. 220. num. 3. Molin. Theolog. in secundo tom. de iustitia, & iur. tractat. 2. disputatione 214. in principio, & alios referens, nouissime Zeual, lib. 3. comm. opinion. questione 750. numero 63. cum sequenti, vbi quod ita ex facto fuit in praxi declaratum, & quod in tribunalibus iudicum Ecclesiasticorum casus est planus, & sine aliqua dubitatione apud viros graues. Non enim improprie dicitur fieri a nobis, quod de mandato speciali nostro fit, vt constat ex l. prima, §. adipsos, & inuenit §. sequentibus, ff. de adquir. pos.

22 Non me latet quosdam (vt ferrar) Iuris consultos nostri tempore tentasse tenere in premissis articulo Concilij Tridentinum in hoc minime corrigere d. cap. fin. de procurat. lib. 6. sed tamen mandatum ad contrahendum matrimonium requirere hodie post Concilium Tridentinum pro sua essentiali, ac substantiali forma presentiam parochi, & testium tempore, quo mandatum conceditur, & quod alias sit nullum, idque probare nituntur ex pluribus. Primo ex doctrina Riminal. consilio 467. numero 78. & sequens, volumine 4. docentis solennitatem requisitam ad aliquem actum esse necessariam ad dandam commissionem faciendi illum actum, & ita

prohibente statuto donationem fieri absque quinque testibus cenferi prohibium mandatum donandi absque illis, ex l. oratio, ff. de sponsal.

Secundo, argumento textus in l. 39. Tauri bodie l. 13. titulo 4. lib. 5. nou. collect. Reg. vbi disponitur, eandem solennitatem exigi in mandato conficiendi testamentum, quae in ipso testamento requiritur.

Tertio, quia sicut quando vxor non potest contrahere ex forma statuti sine consensu propinquo- rum, & in nostris Regnis sine licentia viri, ita nec constituit procuratorem potest ad contrahendum absque eadem solennitate, vt tradunt Nosstrates in l. 15. Taur. & quia in mandato ad contrahendum matrimonium praestatur consensus, sed hic praestari non potest, nisi coram parcho, & testibus, vt in Concil. Trident. ergo, &c.

Sed haec opinio falsa omnino est, & nullo modo defendi potest, siquidem Concilium loquitur de ipso contractu matrimonij, hoc est, de celebratione actuali ipsius: tunc enim requiritur de essentia, & substantialia matrimonij, quod parochus sit praesens, vel alius sacerdos de ipsius, vel Ordinarij licentia, nec non duo, vel tres testes, & sic tempore quo matrimonium ipsum celebratur, atque efficitur, non vero loquitur Concilium Tridentinum in mandato ad contrahendum matrimonium, nec hoc verbum illud ibi dicitur, etiam voluisset annullare d. mandatum absque ea solennitate concessum, vtrique expressisset: argumento l. vnic. §. vbi autem, versic. nam si contrarium, C. de caduc. toll. l. item apud Labconem, §. aut Praetor, ff. de iur. e. ad audentia, de renun. & quod conceditur d. mandatum non efficitur matrimonium, nec tunc praestatur consensus actualiter matrimonio: sed mandatur praestari matrimonio futuro celebrando: & sic tantum conceditur facultas ad praestandum postea consensum de presenti, & celebrandum matrimonium in forma Ecclesiae, & Sancti Concilij Trident. seruando nomine mandantis cum certa quadam femina: vnde mandatum hoc solum requirit solennitatem, alias desideratum instrumentis publicis si coram notario, vel tabellione concedatur, quinimo per literas concedi potest: postea vero in executione, & sic cum celebrandum sit matrimonium praesentia parochi, & testium requiritur, vt praediximus. Praeterea Concilium Trident. solum introduxit de nouo, vt matrimonium ipsum non aliter contrahatur, quam presente parcho, &c. Corrigenis in hoc iura antiqua, quibus matrimonia clandestina erant valida: & nihil loquitur, aut disponit de mandato ad contrahendum matrimonium: ergo remanet noster casus sub dispositione Iuris Communis, iuxta l. commodissime, ff. de lib. & posthum. cum siml. Accedat denique praxis totius Ecclesiae, quae habet, vt post Concilium Trident. contrahatur matrim. per procuratorem, & nunquam auditum est praed. solennitatem praesentia parochi, & testium simul tempore, quo conceditur praed. mandatum obseruari.

Exemplum vero d. l. 39. Tauri est diuersum, continetque casum specialem: primo ad vitandas committatorum fraudes, vt constat ex l. 31. Taur. bodie l. quinta, titulo quarto, lib. quinto nouae collect. Reg. ibi, los tales commissarios hazen muchas fraudes: secundo, quia mandatum ad testandum continet simul speciem testamenti, nempe heredis institutionem, substitutiones, exheredationes, meliorationes, dationes tutorum: quae omnia si commissarius non faciat, per tale mandatum, manent ipso iure facta, vt in l. 35. Taur. bodie l. septima, d. titulo 4. lib. 5. merito ergo, quod cum in hoc mandato ad testandum contineatur testamentum, quod ad horum valorem debeat interueni-

re eadem solennitas, quae in ipso testamento, quod a testatore ipso conficitur desideratur, & requiritur, siquidem ipsemet testator hoc mandato testatur: at hoc non sic contingit in mandato ad matrimonium contrahendum concessio: quia in ipso mandato nullum matrimonium celebratur, sed contrahendum solenniter mandatur: illud vero de statuto, & lege Regia, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquo- rum, vel licentia viri, ideo procedit, quia alias fieret fraus statuto, & legi Regiae: at in matrimonio nulla fraus fit; siquidem tempore quo celebrabitur ipsum matrimonium solennitas requisita a Concilio seruari debet: verissima igitur, & tenenda proculdubio est haec nostra sententia, quam pluribus annis antequam Thomas Sanchez sua commentaria de matrimonio in lucem prodiret ita fundauit, tenuit, & docuit: nunc vero eam approbat, tenet, & amplectitur ipsemet Thomas Sanchez lib. secundo, disputatione 11. numero 23. cum sequentibus.

Denique antequam ad secundum articulum procedamus nonnulla hic obseruanda duxi pro declaratione, & ampliore huius materiz.

14 Primo, quod si ille, qui mandatum concessit ad contrahendum matrimonium cum certa quadam persona, nec consentit, nec dissentit, sed fuit in aliis occupatus, valebit matrim. postea solenniter contractum virtute illius mandati, quia durat prior consensus virtualiter, cum non sit obex contraria voluntati, vt cum Syluest. verbo matrimonium 5. questione 10. Veracruce prima parte Specul. articulo 16. dubio sexto, Barthol. a Ledelma, de matrimonio, dubio 18. folio 1279. & Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 4. numero quarto, tenet, & probat Thomas Sanchez vbi supra num. 11. inde inferens numero 12. quod si procuratore misso concedens mandatum in absentiam incidat, & talis perseverat, dum procurator nomine suo contrahit, valet matrimonium: quia virtualiter manet prior consensus cum reuocatus non sit; argumento cap. maiores in fin. de baptisim. ita Enriquez vbi supra, quem ipse sequitur.

15 Secundo, quod si dum quis mandatum dedit ad matrimonium contrahendum consensum finxit, sed tempore, quo eius procurator nomine ipsius contraxit habet verum consensum, valet matrimonium, quia cum tunc temporis conficiatur, sufficit praed. verus consensus, ita Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 2. numero 2. quem sequitur Thomas Sanchez vbi supra disputatione 11. numero 13. addeus, quod quocunque tempore intermedio dissensus sit nihil refert, dummodo tempore, quo celebratur matrimonium, consensus ad sit, intellige formalis, vel virtualis, iuxta modo dicta.

16 Tertio, quod potest talis procurator constitui absque scriptura, vt in quocunque procuratore generaliter probatur, in l. 13. titulo 3. pariter 3. ibi, e quando lo biz, re de palatris; gloss. in l. maritus, verbo praescripserit, C. de procurat. & ibi DD. in l. 1. numero 7. C. eodem titulo, & plures allegans Didac. Perez in l. 1. reueta; in versic. vltimum autem, titulo 4. lib. 3. Ordin. & in terminis in mandato ad contrahendum matrimonium hoc tenet Angel. consilio 122. quem refert, & sequitur Thomas Sanchez vbi supra, num. 14.

17 Quarto, quod diuersitas sexuum procuratoribus ad contrahendum matrimonium est impertinens, quare duo viri, vel duae feminae possunt esse contrahentium procuratores, quia sexuum diuersitas solum requiritur in ipsis, qui matrimonio coniunguntur, ita Petrus de Ledelma de matrimonio, questione 42. articulo 1. dubio 7. Sanchez, vbi supra numero 15.

Quinto, quod procurator ad contrahendum matrimonium his verbis vti debet cum illud contrahit: talis dominus meus consentit in te, vel accepit te in vxorem me mediante: ita Hostiens. in summa titulo de sponsal. §. qualiter contrahatur. Francus in d. cap. fin. num. 4. de procurat. lib. 6. Syluest. verbo matrimonium 5. questione 14. D. Couar. in 4. Decret. in secunda parte, cap. 4. in princip. num. 2. Greg. Lopez. in l. 31. tit. 2. par. 4. in glossa con mandata. Candelab. cur. 7. sacram. prima parte de matrim. numero 45. Enriq. d. lib. 11. cap. 2. numero 2. & alios allegans Thom. Sanch. vbi supra, numero 16. vbi quod valebit etiam matrim. si dicat, recipio te in virum, vel vxorem nomine talis personae, quia fere idem est secundum Couar. & Greg. Lopez. atque Ant. Gabriel. quos citat.

Sexto, quod si procurator mandati fines excedat, 19 non valet matrimonium vt si mandatum detur contrahendi certa dote constituta, & procurator contrahat ea conditione non seruata, tunc namque nihil agit, ex text. in l. diligenter, ff. mandat. cum siml. & quia quoties quis limites potestatis sibi tradita excedit, priuatus censendus est, Menoch. de recuperand. possess. rem. 8. numero 13. & 17. consilio 69. numero 73. cum sequenti, volumine 1. Ita tenet in terminis Sanch. vbi supra numero 17. cuius opinionem probo ea fortiori ratione, quia in praemissa specie consensus concedentis mandatum defecit sine ea dote contrahendo matrimonio, ergo matrimonium est nullum, vt in d. cap. fin. de procur. lib. 6.

Septimo obseruandum est, recte Sanch. vbi supra 20 dixit, cum censet, quod si in commissione, & mandato ad contrahendum matrimonium dicatur, do tibi facultatem contrahendi matrimonium cum tali persona, seruata forma Concilij Trident. vt semper dici solet, si monitiones omittantur ex Ordinarij dispensatione, vel remissione valebit proculdubio matrimonium quia forma Concilij Trident. est praemissis denunciationibus, nisi Ordinarij dispensauerit; idemque ibi probat, si omittantur absque dispensatione Ordinarij; licet in mandato expresse dicatur, do tibi facultatem contrahendi praemissis denunciationibus, quia hoc potius est admonitio quadam, vt seruetur forma iuris communis, quam intentio inducendi nouam formam, & conditionem, vt late probat idem Author lib. 3. disputatione 33. numero 3. quod etiam mihi verum videtur, siquidem alias valet matrimonium coram parcho, & testibus celebratum, sine praed. denunciationibus, & absque remissione Ordinarij eorum, vt constat ex eodem Concilio, ibi qualiter, &c. alibi resoluimus.

Ex qua singulari doctrina infero idem esse dicendum in dispensationibus Apostolicis ad contrahendum matrimonium commissis Ordinario seruata forma Sancti Concilij Tridentini, quia si Ordinarij rite, & recte dispense, poterit remittere praed. monitiones si ita conuenire iudicauerit, & matrimonium absque ipsis praemissis validum erit, imo etiam si ille omittantur de facto absque licentia ordinarij, per supra dicta, quae optime hic conueniunt, & hoc conueniunt.

Octauo aduertendum, optime facere contrahentes per procuratorem, si postmodum ipsum iterum matrimonium incant ad tollendos scrupulos, quia quamuis caetera sacramenta repeti non possint eadem materia manente, hoc est in matrimonio speciale, quia cum sit contractus ejus, quae naturam, & conditiones retineat, potest, ea parte qua contractus est, caeterorum modo saepius iterari, vt docent Sotus in quarto distinctione 27. questione prima, articulo tertio, versic. non proptus, & Ludouicus Lopez in secunda parte Instructor. de

matrimon. cap. 35, folio 1027, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez ubi supra, numero 31, ubi quod iteratur ne forte prior consensus revocatus sit: & sic potius sit ad cautelam quam ex necessitate, quando matrimon. per procuratorem recte contractum est, & hoc est in usu, & sine culpa, secundum Ludovicum Lopez ubi supra, versiculo quinto, & in versio. ad quintum, & dicemus infra capite sequenti ad finem.

23 Nono, & ultimo observandum est, quod quando matrimonium fit per procuratorem, nec procurator est minister, nec in ipso recipitur sacramentum, nec verba ipsius sunt materia, & forma sacramenti: sed contrahentes sunt ministri, & recipiunt in se sacramentum, & expressiones consensuum ipsorum, quatenus innotescent per procuratorem, sunt materia, & forma, procurator autem est conditio sine qua non, ut docent Enriquez lib. 11, de matrimonio cap. secundo, numero septimo, in principio, & ad fin. Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 42, articulo primo, dubio primo, ad quartum, & Sanchez ubi supra, numero 28. Vnde interit secundum ipsos, minime delinquere huiusmodi procuratorem si dum contrahit, peccato mortali affectus sit, quia non recipit in se sacramentum, nec ministrat: mittens autem procuratorem tenetur sub culpa mortali esse in gratia, eo tempore, quo verisimile est fore, ut procurator nomine ipsius contrahat, quia tunc recipit sacramentum, ita tenet Sotus ubi supra in versio. ad secundum respondetur, & alij, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 2, disputacione 11, num. 30. ubi contra Sotum, & Ludovicum Lopez id procedere affirmat, etiam si contrahens ignoret, quo tempore celebrandum sit matrimonium, quia sacramenti susceptio obligat ad debitam dispositionem sub lethali culpa, & ita, vel tenetur non mittere procuratorem, vel toto eo tempore dispositus esse, quo probabiliter sit contracturus esse: & hoc ratione sacramenti, quod recipi sperat, secus in quantum est minister sacramenti, ut probavimus supra cap. de materia, forma, & ministri sacramenti matrimon. num. 3, & ita distinguuntur hi duo casus.

Secundus Articulus principalis. An mandatum ad contrahendum matrimonium possit, vel censetur tacite revocatum ex aliquibus actibus, ita ut secundum matrimonium valeat, & teneat?

24 Vnc videndum est, an mandatum ad contrahendum matrimonium tacite revocari possit, & ex quibus actibus censetur revocatum? & videtur quidem, tacite revocari non posse: sed, quod omnino expressa revocatio requiritur, vel saltem actus omnino contrarius, & incompatibilis cum præd. mandato.

Primo ex tex. in d. cap. fin. de procurat. lib. sexto, quatenus requirere videtur expressam revocationem: is enim tex. est, qui primo in specie nostra admittit revocationem præd. mandati, licet ea procuratori, nec parti intimata fuerit: ergo qualis esse debeat ista revocatio ab eodem textu accipiendum, & postulandum est. ipse autem loquitur in expressa revocatione, igitur tacita non sufficit: præsertim quod usquequo revocetur expresse mandatum non videtur posse dici omnino deficere consensum: quoniam, ut optime consideravit Ioannes Andreas ibidem in novellis, quoties quis non per se, sed per alium procuratorem, vel ministrum voluit obligari, quia tunc non suo, sed alterius factio, & ministerio obligatur, ut notatur in l. multum interest. C. si quis aliter sit, & in l. illum, in fin. de verb. obligat. & in l. præ-

ma ff. quod ius necesse est. ut revocatio eius expressa intercedat, licet intimatio non sit necessaria, nihil enim tam naturale est, quam quod eodem vinculo, quo ligatum est, dissolvatur. l. prout quisque. C. de solut. regula, omnia res per quacunq; causam nascitur, per eandem dissolvitur, eademque solemnitas requiritur in actu destruendo, que in ipso construendo, ut in dictis iuribus, & in aliis vulgaribus.

Secundo facit, nam quando constituitur procurator ad hunc effectum contrahendi matrimonium duo efficiuntur vincula: Primum est consensus præstitus, ut procurator nomine constituitur contrahat matrimonium: Secundum est constitutio procuratoris, & consensus in eo constituendo adhibitus: sed duo vincula fortiora sunt vno, l. Balista, cum similibus, ff. ad Trebell. & vinculum triplex difficilius rompitur, & ubi duæ concurrunt rationes, vna sublata, vel deficienter, altera remanet, & cum ea sustinetur actus, & depositio §. affinitatis, cum similibus, in fin. de nupt. ergo ita videtur dicendum in proposito, ut licet per tacitam revocationem videatur recedi à primo actu, & vinculo, hoc est, à primo consensu, non tamen à secundo, in constituendo procuratore adhibito, quia ille non revocatur expresse nec per actum realem contrarium, ergo habemus intentum.

Tertio facit, quia licet ille, qui dedit mandatum speciale alteri ad contrahendum matrimonium alij, quos actus contrarios postea faciat, per quos videatur illud revocare: hoc tamen incertum est, an eo animo in individuo hoc fecerit, ut consensum à se præstitum omnino revocaverit, vel dubius, & perplexus potius fuerit, & delibans, quam resolutus non contrahendi cum persona à se in mandato nominata: item potuit postea penitere, & redire ad primum consensum, & constitutionem procuratoris, & ideo consulto cum expresse non revocasse, quamdiu igitur hoc expresse non fecerit, videtur potius saltem respectu finis futuri velle in expressa constitutione procuratoris remanere, quamvis aliqua verba dicat, vel proferat, ex quibus tacita voluntas contraria colligatur: præsertim cum actus revocationis expresse dependeat à sola eius voluntate, & eadem facilitate, qua dedit mandatum, possit illud revocare, dum igitur hoc expresse non fecerit, videtur sibi scienter asyllum aliquod reservare, quo possit vti d. mandato, prout re vera videtur remanere reliquij prioris voluntatis, & consensus.

Confert, quod in simili inquit glossa, in cap. tuos de sponsal. verbo mulierem, nempe quod is, qui coram pluribus protestatur, quod omnia quæ dicit, vel facit, non est dicturus, vel facturus animo contrahendi matrimonium: si tamen postea publice dixit, consentio in talem (intellige illo ignorante, aut si sciuit, dissentit protestationi) vere matrimonium contrahit, & Ecclesia debet iudicare pro matrimonio. & in omnibus istis recurrendum est ad verborum intelligentiam, & huiusmodi verba interpretativa non possunt feruire intentioni: item potuit ab illa voluntate immediate recedere, quod apparet ex eo, quod publice fecit per se, vel per procuratorem suum: nulla enim, inquit Cicero Tusculan. lib. primo, est celeritas, quam cum animi celeritate possit contendere. Vnde Boetius, cor hominis est mobilis omni mobili, quod si adhuc dicitur, quod tempore contractus erat in ea voluntate, quam prius erat protestatus non crediatur ei, quia contra eam sit interpretatio, qui dolum adhibuit, ut in d. c. 1, in

25 Et quia contractus matrimonij pendet à voluntate utriusque contrahentis, non valet protestatio facta ab vno in præiudicium alterius, nisi ille consentiat, ut per Bar. & omnes in l. non solum, §. morte, numero 22, ff. de nou. oper. nunciat. & per Mascard. de probat. tertio tom. conclusio 1243, & opin. gloss. in d. cap. tua nos, sequitur ibidem Anton. de Butt. numero 16, Anchar. §. Abb. nono, Alexand. de Neuo numero 15, Præpos. numero 2, in fin. Innocent. in cap. veniens, el segundo, de sponsal. Ioan. Brunel. de sponsal. & matrimon. conclusio 10, numero 11, volumine 9, tract. divers. estque communiter recepta glossa illa, teste D. Couar. in quarto, de sponsal. secunda parte, cap. 2, in princip. numero 3, in fin. ubi alia in proposito addit Matienç. in rubrica gloss. 1, numero 66, articulo 1, lib. 1, nu. collect. Reg. & plures allegans Thomas Sanchez lib. 2, de matrim. disputacione 45, numero 2, de cuius rei intelligentia infra latius suo loco agemus: ergo idem videtur posse dici in nostra specie, ut quamvis constitutus procuratorem ad contrahendum, postea protulerit aliqua verba designantia penitentiam, per que videatur protestare, aut saltem infinuare se non consentire, cum tamen expresse mandatum præd. non revocaverit, cum posset, quinimo postea per procuratorem contraxerit, censetur recessisse ab illis verbis denotantibus penitentiam, multatque illam tacitam voluntatem, præcipue cum ingens intervallum intercesserit inter mandatum, & contractum matrimonij eius virtute celebratum, quo tempore intermedio potuerit saepe expresse illud mandatum revocasse.

26 Quarto, quia licet mandatum procuratoris revocetur etiam tacite, hæc tamen tacita revocatio debet apparere per actum realem in contrarium factum, nempe, si antequam procurator illo mandato vitatur, mandans cum alia contrahat matrimonium, vel saltem dederit secundum mandatum ad contrahendum cum alia, ut infra dicemus, vel per incisionem procuratoris, vel simile quidpiam, ut apparet ex adductis per Berthac, in repetitorio, verbo procurator revocatur: non vero per verba solum ad effectum non perducta.

Præterea & quinto, quia duo specialia non possunt concurrere circa eandem rem, l. prima cum communi, C. de dot. promissione, sed si revocatio tacita sufficeret in proposito, essent duo specialia, vnum quod intimatio non esset necessaria, ut in dicto capite fin. §. fin. de procurat. alterum, quod tacita revocatio sufficeret: denique quia expresse facit cessare tacita, l. si ita ff. de lib. & posthum. l. Clemens Patronum, eodem titulo.

27 Sexto, & ultimo adduco optimam doctrinam ex visceribus iuris deductam, quæ habet, quod ubi ius aliquid disponit, debet evidentissime de contraria voluntate constare, ut à iure communi recedamus, l. prima, C. de conditionibus inserti, ubi in specie illius textus, foemina descendens præfertur masculo transverso, nisi alia defuncti voluntas evidenter probatur ad idem, l. Lucius, §. quæsitum, ff. de legatis tertio, ubi, respondi pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur, l. nuptura, ff. de iur. dot. ubi, nisi evidentissime contrarium probetur, l. liberis, §. fin. de manumiss. testam. ubi, nisi aliud sensisse patrem familias manifestissimis rationibus probaverit, l. si plures, ff. de vulgar. & pupill. ubi, nisi alia forte fuerit mens testatoris, quod vix credendum est, nisi ius eum fuerit expresse. Ex quibus iuribus, quod prædiximus in hoc sexto fundamento, deducit Doctör Molina libro tertio de Hispanorum primogenius, capite quarto, numero 32, addens numero 33, quod qui habet præsumptionem iuris contra se, o-

neratur duriore probacionibus, secundum Bald. & Fulgos. per tex. ibi in l. si extraneus, ff. de condic. caus. data, & ibi lat. numero 7, Curtius Junior in l. 16 numero 28, C. de impub. & aliis subst. lat. in l. non hoc, numero 15, ad fin. C. vna, legu. Molina ubi supra, numero 34, addens numero 36, quod in materia privativa, vel exclusiva, illud, quod non est expresse, privationem, seu exclusionem non inducit per tex. in arch. de non eligend. 2. nub. §. cum 1911, collat. 1, sed ius commune disponit, quod primum matrimonium contractum per procuratorem sit validum, & legitimum, nisi mandatum fuerit prius revocatum, ut in d. cap. fin. de procurat. lib. 6, ergo de revocatione, & sic de contraria voluntate debet evidentissime constare ad hoc, ut annulletur secundum matrimonium, quod nuncupatum probari videtur in l. in sponsalibus, §. ff. de spons. canonizata in cap. nepos tua 31, questione 2, ubi: intelligi tamen filiam semper patri consentire, nisi evideret dissentiat, quem tex. citat Magister Senten, in 4. distinctione 29, articulo 3, versiculo in lib. Pandect. Thomas & eius discipuli communiter, Soto in quarto, distinctione 27, quest. prima, articulo 3, versiculo, verum autem.

His tamen omnibus non obstantibus contraria 28 sententia verior est, & tenenda: imo, quod in specie d. cap. fin. §. fin. de procurat. lib. 6, sufficit tacita mandati revocatio, non solum expresse ad hoc, ut matrimonium virtute d. mandati tacite revocati contractum sit nullum, ut in specie docet D. Couar. in quarto Decret. 2. parte cap. 4. in principio, numero 11, v. g. secundum ipsum, si is, qui mandatum dedit ante contractum matrimonium, ex primo mandato dederit secundum mandatum ad contrahendum cum alia, cap. si duo, de procurat. lib. 6, vel si statim matrimonium cum alia contraxerit. Hæc enim gratia exempli dicta sunt à Couar. & exempla non ardeant regulam, l. damni infecti stipulatio, cum similibus, de damn. infecti, & Couar. in hoc sequuntur Candelab. aur. 7, sacrament. in prima parte de matrimonio, numero 44, citans Angel. verbo matrimonium secundo, numero 18, & Sylvest. verbo matrim. 1, & Ludevic. Lop. in 2. parte sui instrum. de matrim. cap. 47, folio 1120, & Thom. Sanchez d. lib. 2, disputacione 11, numero 10, voluntas namque non tantum verbis, sed etiam factibus demonstratur, l. Paulus respondit ff. rem rat. hab. imo magis factio, quam verbis ostenditur, l. si tamen §. et quid ff. de edict. edic. l. repetenda, & ibi Decius C. de instu. & substi. & late lat. in l. apud Iulian. §. constat ff. de legat. 1, & in l. furiosum num. 4, C. qui testam. fac. pos. non enim est verisimile, tractante matrimonium cum aliqua in priori voluntate contrahendi cum alia persistere, Ferret. consil. 281, n. 12, & Sanchez ubi supra, & ideo dato mandato ad contrahendum cum secunda revocatur primam, l. si quis cum procuratoris, §. fin. ff. de procurat. cap. penult. eod. tit. facit gloss. in cap. super ea de condit. apposi. verbo alieno arbiterio, ubi quaerit de illa questione, si filius familias consentiat in aliquam mulierem, si pater eius suum præstaret assensum, idque significavit patri absenti, sed antequam pater consentiret filius mutavit voluntatem, & dixit, quod nullo modo vult illam ea sciente, etiam si pater consentiret, postea pater consentit, hæc ignorans respondet non esse matrim. Vnde si contrahat matrim. cum alia, tenet, quia non dicitur consensus, nisi sit tempore quo pater consentit, quia nec dicitur habere talem potestatem, nisi cui concessa durat, & quia ubi deest legitimus consensus non est legitimum matrimonium, & ex Theologis præter supradict. eandem sententiam tenuit prius in terminis D. Thom. in 4. Sent. distinct. 20, questione 1, post art. 4, in expositione tex. Inquit enim, videtur quod non possit fieri matrimonium per internuncios, K iij quia

quia si ante aduentum nunciū alter peniteat, non erit matrim. & dicitur, quod potest aliquis alterum procuratorem constituere ad consentiendum, tamēsi ante peniteat quam ille consentiat, non est matrim. nec in rei veritate secundum iudicium Ecclesie, si aliquibus signis appareat eum penituisse, sed ex quo consensus per interuencios factus est, matrim. tenet, ac si ipse fecisset: idem in effectu tenet Asten. in sam. lib. 13 quem refert, & sequitur Syluest. in sam. verb. matrim. quinto, numero 10. Et Barthol. de Ledesim. in suo summ. sacrament. difficult. 18. de matrim. sacram. pag. 1279. dicens, quod si superueniat uocatio postquam iam illa consenserat, si hoc Ecclesie constare possit, quod scilicet ille prius disenserat, similiter non tenet matrimonium, quia nec vere nec interpretatiue concurrunt consensus, sed si non constet de disensu priuato, cogetur vir propter probationis defectum eam ducere, quia Ecclesia non iudicat de occultis.

Pro qua vera sententia considero primo rationem finalem d. c. fin. de procur. lib. 6. ibi, cum illius consensus defecerit, sine quo fornicatio habere nequiuit, scilicet matrimonium: consensus enim necessarius est ad valorem matrimonij, alia sine ipso est nullus momenti, c. primo. cap. cum locum. c. tua. c. tua de sponsal. cap. sufficit. cap. sic quippe 27. questione 2. cap. tuas de sponsal. diu. l. nuptias ff. de reg. iur. coniugium enim fit inter consentientes, & spontaneos, non vero inter renitentes, & inuitos, vt cap. nepos tua. c. in cap. si vero 31. questione 2. que iura ad hoc refert Magister Sentent. lib. 2. distinctione 29. & Nauar. consil. 36. numero 1. de sponsal. in 1. editioe, est que similiter communis consensus Theologorum, sacramentum matrimonij perfici cum consensus utriusque coniugis exprimitur, secundum Bellarmin. vbi supra cap. 7. versic. secundo probatur. pag. 106. in fine, in paruis, & consensus ad matrimonium ita est necessarius, vt neque Ecclesia eo secluso possit matrimonium efficere, vt cum Victoria probat D. Couar. in quarto de sponsal. prima parte cap. 4. in princip. num. 4. nec Summus Pontifex legem condere, qua caueatur, matrimonium quandoque sine consensu soluitur, vt tenet Abb. in cap. per venerabilem num. 21. qui filij sui legitimi, quem refert, & sequitur Nauar. vbi supra numero 2. & Couar. in quarto in 2. parte, cap. 2. in princip. num. 1.

Cum igitur ratio tex. in d. cap. fin. §. fin. de procurat. lib. 6. supra relata, comprehendat etiam tacitam reuocationem mandati, ex qua colligitur disensus illius matrimonij quod prius constituerat celebrare per procuratorem sicut expressam, consequens est, vt decisio illius tex. vtramque comprehendat reuocationem, nempe expressam, & tacitam ex ratione expressam in eo, quia vbi militat eadem ratio, idem ius statuendum est, l. illud cum similit. ff. ad l. Aquil.

Præterea, quando lex ponit casum specialem, & assignat rationem generalem, generaliter est intelligenda in omni casu, cui ratio reddita possit applicari, vt probat tex. & ibi notat Barr. in l. regula, §. fin. ff. de iuris & facti ignor. idem Barr. in l. pater filium, §. si fundum, ff. de legat. 3. l. in l. si uia quis, §. ea lege ff. de verb. oblig. Decius consil. 12. circa fin. Paris. consil. 69. numero 164. lib. 2. Hieronym. Gratus respons. 88. num. 22. lib. 2. & respons. 13. numero 44. lib. 1. Boer. consil. 26. numero 4. Cephal. consil. 169. numero 16. lib. 2. quod procedit etiam in materia correctoria, & stricte interpretanda, vt tradit Rip. lib. 2. respons. cap. 3. num. 6. Corneus consil. 273. numero 3. lib. 4. Bald. in autb. quas actiones, numero 4. versiculo, sed ego dico, C. de Sacrosanct. Eccles.

Vbi, quod licet ad inducendam correctionem requiratur lex expressa, l. precipimus, C. de appellat.

cum similit. nec sufficiat subauditio, vt notat glossa in c. cupientes, §. quæsi per uiginti, vbi potest, de electioe, lib. 6. tamen si ratio posita in l. noua est apta corrigere legem antiquam, illam corrigat, etiam tenor legis nouæ hoc non dicat: ratio enim sic disponit, sicut disponere solent verba dispositiua, l. tempor. §. fin. ff. de reuendic. vbi Bartol. & Alber. Bald. in cap. dilectum filius num. 2. colum. 1. de reuendic. Decius in c. 2. reuendic. num. 1. de appell. & consil. 64. num. 6. & consil. 227. n. 3. Crauet. de antiq. temporis in princip. num. 31.

Ex quibus dixit Fortun. Garf. in l. Gallus, §. idem credendum, numero 19. ff. de lib. & postum. quod quando verba dispositiua proprie non decidunt calum certum, si ratio dispositionis illum deciderit, ille casus dicitur proprie esse in dispositione, quod reperit Curt. luv. in l. uenia, numero 29. C. de in ius uocand. Ideoque dici solet, quod ratio dispositionis est ipsa dispositio, vel saltem prior pars ipsius, quia est anima, & spiritus dispositionis, vt inquit Bald. in l. si quis seruo, numero 7. C. de iur. Paris. consil. 16. numero 22. & 30. lib. 3. Felin. in cap. tua nos, numero 3. de sententia excommunic. & alii plures, quos congerit Tiraque. in l. si unquam, verbo heredi, num. 38. C. de reuoc. donat. ergo cum ratio expressa in d. cap. fin. de procur. lib. 6. sit generalis ex defectu consensus, sine quo matrimonium non tenet, necesse intelligendum est non solum in casu expresso reuocationis expresse, sed etiam in omnibus aliis casibus particularibus tacite reuocationis, quos eadem ratio defectus consensus comprehendere potest, quod etiam comprobatur ex aliis doctrinis similibus, quas latius adduximus lib. 3. prætic. questione 17. num. 71. cum pluribus sequentibus.

Secundo principaliter eadem pars comprobatur, quia non refert, quid ex æquipollentia fiat, æquipollentium namque eadem est disciplina, l. si mater, vbi Bart. C. de iustit. & iustit. sub cond. facti, & idem iudicium Clementina exim. §. cum autem, & ibi Cardin. in 4. notabil. de verb. signif. & æquipollens semper subauditur, & sufficit, hæc est notabilis doctrina Barr. in l. ab emptione, numero 13. ff. de pact. Paul. de Castr. consil. 296. columna 2. num. 2. in secunda parte: imo etiam si forma mandati debeat impleri in specifica forma, satis tamen impleri per formam iuxta mentem disponentis omnino æquipollentem, vt per D. Couar. in cap. quamuis pactum, in prima parte, §. 4. numero 9. in versic. ea vero, de pact. in 6. que omnia præmaxime procedunt in nostra specie, in qua solus consensus, vel disensus attenditur, vt in d. c. fin. in fin. de procur. in 6. quomodo cumque igitur iuridice constet in foro exteriori de disensu, habebit locum dispositio d. cap. fin.

Tertio facit, quia quando potest constare de animo ipsorum contrahentium, vel alterius eorum, quod non habuerit animum contrahendi, tunc non debet iudicari matrimonium, vt sponsalia contraxisse, sed solum extorquendi copulam, vt probat tex. ad literam in c. tua de nos sponsal. vbi quidam, qui non appellabatur Ioannes, volens tamen extorquere copulam à muliere, dixit Ioannette desponsat, & mulierem hoc modo desponsauit, postea cum impeteretur à muliere super matrimonio, dicebat, se non vocari Ioannem, sed alio nomine, at tamen eam desponsasse animo habendi cum ea copulam, non vero animo contrahendi cum ea matrimonio inquit tex. quod ex quo mulier fuit desponsata per verba de presenti, & constabat de corpore, debet compelli ad accipiendam eam vt uxorem, quia aliter de animo allegato non contrahenda non constabat: ideoque inquit text. dirigendo verba ad iudicem (qualiter hoc tibi confiterit non videmus) quasi sentiat text. quod si de animo constitisset iudici, scilicet quod

quod ille nolisset contrahere matrim. cum puella, non debuisset compelli ad inhzrendum illi: ita illum tex. expendit Anton. Francus de Doctoribus consil. 67. volumine 1. consil. matrim. num. 32. quod animus probatur ex verbis præambulis, l. Fulcentius, §. quicquid ff. ex quib. caus. in possid. eorum, l. reprobenda, C. de in iust. & sub iur. sub cond. facti. notat Bald. in l. felicitissima, C. de bis. qui à non domin. manumit. & in rubrica, C. de fid. instrum. Idemque quius tenuit S. Thom. in 4. distinctione 27. questione 1. articulo 2. circa fin. ibi, nisi signa euidentia doli appareant, quia de quolibet est præsumendum bonum, nisi probetur contrarium, & Syluest. vbi supra dicens, quod si euidentibus signis appareat de simulatione, Ecclesia non iudicabit matrimonium esse, & consequenter, is qui confiteretur poterit de nouo contrahere: quod lum. Rossella dicit posse intelligi, quando vterque, vel alter statim post contractum reclamaret se non consentisse: secus si post tempus notabile, etiam si iurasset se nunquam consentisse, secundum Richard. in quarto distinctione 29. sed melius dicendum videtur secundum Syluest. vbi supra, quod totum iudicij arbitrio relinquitur: quia etiam si quis statim reclamaret possent esse coniecturæ in oppositum, vt quia nouiter potest melius cum alia contrahere, vel huiusmodi: & quod matrimonium secundum tenet deficiente consensu ad primum est communis, secundum Syluest. ibi numero 3.

Sed & in fauorem huius partis expenditur fortius d. cap. tua nos, §. nos autem, vbi cum in principio illius tex. in narratione facti diceretur, quod ille disenserat, & dissentiat, & in versic. super quo, Papa dicit videri forte pro coniugio præsumendum, nisi tu nobis expresse scripisses, quod ille non proposuit, nec consenti illam deducere in uxorem, quod qualiter tibi constituit non videmus: intrat nunc 4. §. nos autem, & dicit, quod si res ita se habet, vt ille nunquam consenserit in prædictam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugum valeat inueniri, quoniam ex altera parte dolus solummodo affuit, & desuit omnino consensus, sine quo cætera nequeant sedes perficere coniugale.

Sensus igitur communis huius Decretalis est, vt in prima parte loquatur in foro iudiciali, in secunda vero in foro conscientie, vt resoluit cum aliis D. Couar. in 4. in secunda parte cap. 2. in princip. numero 2. allegans ad idem lib. 5. titulo 2. parit. 4. sed sic est, quod in vinculo matrimonij nullum discrimen est inter iudicium exterius, & interius: in vtroque enim foro consensus requiritur, vt probat Couar. vbi supra numero 1. & 2. illud siquidem matrimonium quod validum est, in conscientie iudicio, idem etiam erit validum in foro exteriori, & quod nullum est in illo, in hoc minime valebit, tamen si iudex, qui per exteriora signa iudicare debet, pronunciet illud esse matrimonium, quod vere non est, vt in d. cap. tua nos: Palud. in 4. distinct. 27. questione 2. articulo 3. in foro namque conscientie ipsius contentis dictum sufficientes exhibet testimonium etiam repugnantibus mille testibus: at in foro exteriori ipsi contentis in causa propria non creditur, sed testibus, aliisque legitimis documentis secundum D. Couar. vbi supra d. numero 2. & ante eum idem in effectu probat Syluest. verbo matrimonium 4. num. 1. dicens non credi in foro Ecclesie dicenti, se non intendisse contrahere, quia alias quilibet sic posset dicere, & separaretur matrimonium, & inquit Nauar. consil. 8. de sponsal. num. 3. quod coniugi contenti aliquid contra matrimonium non creditur

in foro exteriori, etiam si alter, vel altera coniux idem confiteatur, iuxta text. in cap. super eo, in illa glossa, ibi, de eo, qui cognouit, coniug. vxor. sua, & iuxta notata in cap. lator, & in cap. tenor de re iudic. & in c. iuratus de probat.

Hinc est, non esse in foro iudiciali iudicandum matrimonium, si quis ex consensu feminæ protestetur se nolle consensum præstare per quecunque verba ab ipso die proferenda, ac demum ipsa verba coram pluribus proferat, imo de illa protestatione iudici constet, nisi sequuta fuerit copula carnalis, hæc enim cum dolo præd. operatur matrimonium, vt cum Hostiens. & aliis ante Concilium Tridentinum probat, & tenet Syluest. verbo matrimonium 4. numero 11. & D. Couar. supra numero 3. addens consensum expressum alterius partis requiri, nempe contra quam fit protestatio, nec sufficere tacitum inductum ex præsentia cum taciturnitate, licet alij DD. de hoc dubitent; procedit tamen in eo iudicio, quando ipsemet contrahens personam præd. verba proferret; tunc enim merito, quod requiratur præsentia partis, ipsiusque consensus, attamen, quando contrahit per procuratorem, sufficit quod constet de ipsius consensu anteriori, & præcedenti matrimonij celebrationem, quia per eum remouetur consensus in mandato contentus.

Fit igitur ex supra dictis, & manifeste concluditur, nedum in foro conscientie, sed etiam in foro exteriori Ecclesie, non esse matrimonium illud de facto contractum, in quo constat de disensu per euidentia signa exteriora, aliisque legitimis argumentis, & testibus, vt in specie tex. in d. cap. tua nos cum similit. supra adductis: ipsi vero deficientibus, quia probatio deficit, non tamen ius in foro conscientie tantum, non iudicabitur matrimonium, quando quis profert verba matrimonij, animo omnino dissentendi, cum in vtroque foro requiratur consensus pro essentia, & substantia matrimonij, vt supra probauimus, & constat ex pluribus Sacrosanctis Conciliis, & late docet S. Thomas in 4. distinct. 27. questione 1. articulo 2. & in addit. 3. partis questione 45. numero 4. Angel. in summa verb. matrimonium secundo numero 14. Syluest. verbo matrimonium 1. questione 5. & matrim. 3. Soto in 4. distinctioe 27. questione 1. articulo 3. conclusioe 2. vbi late id probat, & Candelab. aureum septem Sacrament. in titulo de sacramento matrim. versic. queritur, quid si verba, numero 40. pag. 410. nec non & Petrus de Ledesim. in addit. ad tertiam partem, questione 43. in principio: at vero in foro iudiciali validum erit præd. matrimonium, nisi de disensu constet, vt prædiximus; & in tali casu Ecclesia compellet eum ad standum cum prima vxore, quia iudicat secundum ea, quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto, sed ille debet prius excommunicationem sustinere, quam ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotas fugere; ita S. Thomas vbi supra in fine d. articuli 2.

Quarto & magis in terminis accedat communis illa Theologorum, & concors sententia, quæ habet, quod quando aliquis contrahit matrimonium per verba de presenti, sed animo fido, & postea vero animo contrahit eum secunda, validum est matrimonium secundum, eo quod primum matrimonium nullum, & ita manet habitus ad secundum matrimonium, & consequenter fuit validum, quamuis sic contrahens commiserit peccatum graue: ita tenent D. Thom. in additione 3. partis, questione 45. & omnes expoitores illius, & Sor. in 4. distinctione 27. questione 1. articulo 3. circa fin. conclusioe 2. &

2. & 4. Nauar. in Manual. cap. 22. numero 78. & est hæc sententia omnium Doctorum, secundum Adri- an. & Sot. ubi supra, & communem tam esse testa- tur eos referens Petrus de Ledesma. ubi supra, versic. in huius res. pagina 163. columna 1. qui in sequentibus refert nonnullas limitationes, & alij Moderniores eandem sequitur, & plurimos citans Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. dispensatione 11. numero 7. & diximus supra cap. num.

Hæc tamen communis sententia loquitur, & procedit in foro conscientie supposita veritate facti.

39 At vero in foro exteriori Ecclesie secus erit dicendum: nisi constet de veritate, hoc est de dissen- su, quia tunc idem iudicabitur in foro exteriori, quod in foro conscientie, vt probauimus supra in tertio fundamentis: & sufficientia in hoc coniecture, vt probat cum aliis Petrus de Ledesma ubi supra, versic. tertia conclusio, pagina 168. in illa nempe specie, quan- do post contractum matrimonij vir dicit femina, se non habuisse verum consensum, an mulier possit statim illi credere, ita vt statim remaneat liber ad contrahendum cum alia, si voluerit? Nam positus ibi prius duabus conclusionibus, quas late probat. Prima, quod non statim id credere debeat coniux, sicut neque Ecclesia credit per text. in cap. per tuas de probat. secundum Nauar. in Manual. cap. 22. numero 82. Secunda, quod si generetur ex tali dicto credulitas, vel dubium in animo audientis debeat facere diligentiam, & hoc ante Concilium Trident. secus post, vt ibi per eum: constituit idem Auth. tertiam conclusionem, nempe quod aliqua possunt esse coniectura in præfata specie, propter quas possit credere alter coniux qui consensit, illum non habuisse consensum. Prima coniectura est, si ille prius dixit amicis, ego volo decipere istam mulierem. Tum enim esset coniectura sufficiens ad creden- dum illum non habuisse consensum: ergo ita, & eodem modo videtur dicendum in nostro casu, & questione, quod constituit procuratorem ad con- trahendum matrimonium cum femina absente, sufficiat ad probandum dissensum, quod id insinua- uerit amicis, & consanguineis, aliisque personis, nempe se nunquam habuisse voluntatem, nec con- sensum contrahendi matrimonium cum illa, ac proinde se id non facturum: alteram adiungit præ- fatus Author coniecturam, nempe si statim decla- ret vir se non habuisse consensum, & in signum huius rei fiat sacerdos, vel profiteatur religionem, vel contrahat cum secunda, & pacifice viuat cum illa.

40 Quinto, & propius accedendo ad nostrum casum: illum prope decidere videtur Nauar. consil. lib. de spon- sal. tamen si ob defectum probationis disensus in foro exteriori iudicet validum fuisse prius matrimo- nium: inquit enim quod quidam nempe N. dedit mandatum ad contrahendum matrimonium cum A. sine intentione vlla contrahendi cum illa: & mandatarius contraxit legitime ignorante N. nulla facta mentione intentionis non contrahendi, neque ratificato mandato: deinde contraxit matrimoni- um publice, & consummavit cum alia. Respondet Nauar. ibi: primo quod consulens confetur in foro exteriori contraxisse bis matrimonium, tam à iudice Ecclesiastico, quam seculari. Secundo quod in foro interiori iudicabitur contraxisse tantum cum secunda, & quod ei cohabitare debet. Tertio, quod ad excusandum se à peccata, quam meretur in foro exteriori oportet, vt præsentatus coram officio In- quisitorum narret factum vere, dicens se penitere plurimum, quod vltus fuerit præfat. dissimulatione,

& quod tam plane confiteretur, & supplicat, vt con- demnetur eum peccata, & penitentia, quam meretur in foro interiori, & exteriori vtentibus cum eo misericordia solita: attento quod nondum est vo- catus ad vllum iudicium, &c. Hoc namque consi- lium Nauar. est expressè non faciat pro hac parte nec ei contradicatur: negari tamen non potest, quin potius eidem faueat, quandoquidem significat eun- dem prope casum nostro prope similem: discrepat tamen in eo, quod disensus, & defectus intencio- nis contrahendi cum prima non constabat in suo casu: at vero si de eo constaret, quis dubitat, quin vir ille doctissimus, & optimus Canonista, cum sciret propter defectum consensum probatum non effici matrimonium, non solum in foro conscientie, sed etiam in foro Ecclesie, idem dixisset, ac probasset?

Sexto, in terminis d. cap. fin. de procurat. lib. 6. hæc partem voluit ibidem glossa, verbo reuocatum: dum addit, vel vetitus ne contraheret: yetare igitur ne procurator contrahat matrim. habet vim reuocatio- nis: quam gloss. ibi communiter sequuntur DD. & inquit Archid. in proprio loco, verbo reuocatum, idem, quod hic dicit, obinet, vbi quis suum con- sensum exprimit per literas, quod fieri potest: & Ioan. Andr. columna 1. ait, quod nedom in matrimo- nio, sed etiam in aliis casibus tenetur, quod volens per se ipsum obligari mittendum nuncium, vel epis- tolam, si ante eorum præsentationem peniteat, reuocatum censetur mandatum, nec postea obligat, etiam si nuncius non fuerit certioratus, quod vltimum supra numero 6. improbauimus, & procura- tor datus ad contrahendum matrimonium, cen- setur potius nuncius. quam procurator, cum con- cipiat verba in persona domini, vt notat Philipp. Francus ibi. columna 2. numero 7. & prius columna 2. num. 3. super glossa in verbo reuocatum, notat ex ea, quod dominus, qui dedit mandatum ad contrahendum matrim. potest penitere antequam procurator con- trahat: & sic sentit, quod illa penitentia habet vim reuocationis, cum de ipsa constat: eandem opinio- nem tenet glossa optima in cap. nec illud, verbo uxor, in versic. sed quid dicit: 30. quæstione 3. dicens, quod si quis consensum suum exprimat alicui fornicem per nuncium, vel per epistolam, & antequam recipiat literas, & consensit, cum peniteat, non est matrim. licet illa postea consentiat, quia requiritur, quod duret voluntas, & adsit mutus & simulta- neus consensus. cap. si inter vtrum, cum similit. de spons. quam gloss. sequitur Probus in addit. ad Monach. in d. cap. fin. quia per nuncium, vel per literas negotia- tur nomine domini, & tanquam per picam, & orga- num, vt patet ex DD. ibi, maxime Ioan. Andrea, in no- uellis: que ratio etiam militat, vt prædiximus, quan- do per procuratorem contrahitur matrimonium: quia & ipse procurator contrahit nomine domini, vt ibi omnes DD. concludunt. & Syluest. in summa verbo, matrimonium 5. numero 14. & Veracrus, in Spe- cul. consil. in 16. articulo de sponsal. in fin. & diximus supra, eandem principalem sententiam, de qua agi- mus in terminis d. cap. fin. §. fin. de procurat. lib. 6. tenet etiam Innocentius in cap. iuuuenis, numero 5. de sponsal. vbi ita ait. Item potest quis contrahere per procuratorem, dummodo voluntas eius duret, & si queo consentiat alius, scilicet absens, sed si eum peniteat, antequam absens consentiat, non tenet factum procuratoris, etiam si ad eum, vel ad absentem, cum quo contrahitur, non perueniat reuocatio, quia ibi deficit consensu- us in id tempus concurrentis, sine quo non tenet matrimonium. idem in effectu probat Hostiensis, in sum-

in sum-

in summa de spons. & matrim. in versic. qualiter contrahatur, num. 7. ibi, si vero, & Ancha, in d. cap. fin. num. 2. colum. 2. de procur. lib. 6. & l. 1. titulo 1. parua 2. ibi, è no arreptiando. Præterea quod sufficit per aliquem actum mutasse propositum, & voluntatem contra- hendi matrimonium docet Alexad. consil. 148. num. 18. lib. 5. & colligitur ex Paulo Paris. consil. 55. num. 15. & 16. volum. 4. & ex Socia, consil. 29. colum. 1. & 2. volu- tum. 2. & consil. 82. num. 12. volum. 1. consil. matrim. vbi loquitur quando mulier penitentiam ducta alteri su- um præstitit consensum, & in secundo tom. consil. ma- trim. consil. 13. num. 6. & 7.

42 Vltimo, pro hac secunda parte adduco optimum tex. imo expressum in l. fin. ff. de diuore. ibi, illud re- distissime placuit, qualiquis voluntate intelligi possit, patronum animum habere desisse, quasi in uxorem, &c. & ibi, cum que vel tenuis intellectus haberi potest nolentis uuptam; & statim illa ponit coniecturas sequentes, ex quibus mutatio volun- tatis colligitur, nempe, si patronus sibi desponderit aliam, vel desinauerit, vel matrimonium alterius acceperit, alias, appetierit; credendum est, nolle hanc nuptam & si concubinam si adhibuerit idem erit dicendum: & ibi glossa verb. desinauerit & Odofr. explicant, id est proferuerit aliam habere in spon- sam, eo ipso namque, inquit Odofr. tacite videtur patronum declarare se nolle libertam: & numero 1. in versic. tertio dicitur, addit: si placet patrono expresse, vel tacite libertam in uxorem non habere, po- terit alii nubere eo inuito. placet patrono expresse, quod alij possit nubere, & mitti libertæ libellum repudij, placet ei tacite, si faciat ei tale quid, quod non potest fieri à viro constante matrimonio, quia conuenit eam actione rerum amotorem, vel accusat eam de adulterio, vel alio crimine, item si accepit aliam in uxorem, vel aliam concubinam, vel aliam petiit uxorem. nam eo ipso tacite declarat patro- nus, quod non vult eam libertam, quæ ab eo inuito diuertit, habere uxorem, & numero 3. notat, quod quis aliquando declarat voluntatem suam verbis, & factis: aliquando verbis tantum, & numero 4. quod posito vno ex contrariis, vel de iis, quæ se non com- patiantur, tollitur & reliquit, vt ibi & C. vi nemo priuatus. l. 1. & C. de testam. l. non codicillum: similiter Bald. in d. l. fin. in versic. aliud rectissime, notat ex eo tex. quod voluntas, & animus præsumitur durare, nisi probetur contrarium saltem ex iudiciis, & coniecturis: vnde qui facit actum incompatibilem, vel quasi, ad id, quod iam voluit, præsumitur, nolle, & mutasse voluntatem.

43 Modo non obstant fundamenta prioris partis, quia eis satisfiit in hunc modum.

Ad primum respondetur, quod in proposito eandem vim habet tacita reuocatio, quam expressa, dummodo ex illa constet iuridice de dissenso, & penitentia prioris consensus, vt patet ex ratione finali illius tex. quæ hunc casum quoque comprehendit, & decidit, vt prædiximus: nec verum est requiri for- malem reuocationem mandati, sed sufficit tacita, ex qua id colligatur, vt probauimus.

Ad secundum respondemus, duo illa vincula ex eodem facto oriri, & in idem tendere, dependet nam- que tota res à consensu: quare illo deficiente per penitentiam vtrumque vinculum simul dirumpi- tur, atque dissoluitur, constituto enim procuratoris facta fuit ad exequendum consensum in matrimoni- um dandum, ipso autem consensu deficiente conse- quenter cessat, & remanet reuocatum mandatum tanquam accessorium, & ab illo dependens: destruc- tio autem fundamentum corrumpit adificium cum Pau- lus 1. questione 1. origo ff. quod vi, aut clam, Beccius con- silio tertio, num. 25.

Tertium quoque cessat, quoniam supponimus ex tacita præd. reuocatione constare de dissenso: at vero quod post eum iterum consentiat, contracto iam matrimonio de facto nihil refert, quoniam ex priori mandato iam tacite reuocato matrimonium contra- hi valide non potest: nec glossa in d. cap. tua nos de spon- sal. de preestratione loquens quicquam facit in propo- sito: quia in illa specie proteflans postea persona- liter contrahit matrimonium, & ideo videtur à pro- testatione discedere, & de nouo consentire: at vero nos agimus de contrahente per procuratorem post ipsius dissensum, & penitentiam mandati: ideoque nimirum, quod matrimonium postea celebratum per suum procuratorem non valeat, quia ipse de nouo non consentit tunc, cum celebratur, sed eius procurator post penitentiam domini sui, & ideo non tenet matrimonium ob defectum consensus, à quo dissenso dominus per contractum procuratoris nullo modo videtur recessisse.

Ad quartum respondeo, sufficere in nostra specie quod re vera constet de dissenso, licet non interce- dat actus verbalis reuocationis, quandoquidem de- cisis tex. in d. cap. fin. §. fin. de procur. lib. 6. solum funda- tur in defectu consensus necessarii alias requisiti ad valorem matrimonij.

Ad quintum respondeo, non esse verum concurre- re duo specialia in proposito, scilicet tantum sua com- mune fundatur optima, & viua ratio, nempe in defectu consensus: quia deficit in vno casu, quom in alio: nec mandatum expressum præcedens potest impedire tacitam reuocationem subsequente: sed imo ipsa illud perimit tanquam ei actu contrario, quia vltima derogant prioribus. l. pacta nouissima, cum similit. C. de pact. non enim disensus posterior leu- comparatur cum priori mandato, & consensu, vnde necesse est, vt ille cedat posteriori dissenso tanquam sibi contrario, & repugnant.

Ad sextum & vltimum respondetur, satis euiden- ter constare de voluntate reuocandi mandatum præ- cedens ipso facto, quando subsequitur clarus dissen- sus prioris consensus in mandato contenti, & sic eius penitentia.

Nec obstat l. in sponsalibus, ff. de sponsal. cum simi- libus huic sexto fundamento supra aduictis, dum ibi habetur, quod in sponsalibus etiam consensus illorum habendus est, quorum in nuptiis deside- ratur, & quod filia intelligitur semper patri con- sentire, nisi euidenter dissentiat; quoniam, vt præ- diximus, satis euidenter constat de dissenso, quan- do reuera ille legitime probatur, & sic re ipsa, & facti, quo magis declaratur voluntas, quam verbis, vt prædiximus, inducitur reuocatio mandati præ- cedentis.

Secundo respondetur casum d. l. in sponsalibus cum similit. esse diuersum à nostro: in illo enim filia præ- sente, pater eius nomine, & pro ea iure sibi permit- tente sponsalia contraxit: vnde cum ad valorem sponsalium in hac specie non solum sufficiat con- sensus expressus filie, sed etiam tacitus, vt si filius præfens sit, nec contradixerit, obligetur, si vero ab- sens, & etiam ignorans eadem sponsalia, post scien- tia ratiauerit tacite, vel expresse, iuxta decisio- nem tex. in cap. vnic. §. fin. de dispensat. ampub. lib. 6. cre- dero quod ad excludendum illum tacitum consensum ex sua præsentia à iure inducitur requiritur euidentis disensus, nam vt inquit Magister Senten. ubi supra, filia patris voluntati non repugnans con- sentire intelligitur: ergo cum sola tacita voluntas in hoc operetur, & inducat consensum filie præsen- tis; rectissime, vt is deficit, requiritur quod eui- denter filia dissentiat, alias dicitur consentire: at in nostro casu etiam si præcellerit expressus con- sensus